522 aō

Smurly Obligatio

Coram offō et Actis praesentibus Castren. Branscen. ptē comparens Nobilis Stanislaus olim Sigismundi Smurło de Smurly hrs Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit quia Nobili Adamo olim Adami Smurło et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haereditate Smurly situatorum in campo Dworne septem sulcos incipien. a via strata Ochrimowa usque ad Struga protenden. inter metas Nobilis Benedicti Smurło ex una et eiusd. Adami ex altera partibus jacen. cum pratis et omnibus ac singulis utilibus fructibus proventibus attinentiis et pertinen. nullis exceptis in viginti flor. pollon. hinc et ab actu praesenti ad triennium et in defectu pro nunc exemptionis usque ad exemptionem et summa praefata integram et indivisam exolutionem obligavit et inscripsit. Cui jam ex nunc intromonem realem cum actuali ac pacifica possone per instem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittendo se de omnibus bonis cum substantiis suis memoratum tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae huiusmodi toties quoties opus et necessarium fuerit tueri defendere evincere solusque per se et per submissas non iniuriare sub vadio simili aliorum viginti floren. pollon. et coram offō Castren. Drohicien. in primo actionis termino peremptoria ratione omnibus juris remediis et defensis se et suos successores abrenunciando.

G. Zuba Exactoris a Rotmagistro Quietatio

Coram offō et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptē comparens Gnosus Hieronimus Korzeski Rotmagister Districtus Bielscen. Sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia ipse a Gnoso Joanne Casimiro Zuba Exactore Terrae Bielscen. ex Thesauro Terrae Bielscen. Summam Decem Millium et Centum Triginta floren. pollon. in vim stipendii pro quartuali praeterito ex vi laudi huius Terrae Bielscen. promeritam recepit et manualiter levavit ideo recepta eadem Summa Decem Millium Centum Triginta floren. pollon. eundem Gnosum Exactorem Terrae Bielscen. quietat et liberum facit hac sua personali recognitione in Comiss. mediante.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post Dominicam Sexagesimae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.